

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Disputatio Philologico-Exegetica Cainum Ad Saniorem
Mentem à Deo Revocatum**

Hoheisel, Carl Ludwig

Gedani, [MDCCXXII?]

VD18 13024302

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:gbv:45:1-16969

Σύνοψις.

- Præfamine præmisso,
 §. I. Cain & Abel sacrificantes sistuntur.
 §. II. Caini sacrificium ob incredulitatem & hypocrisim offerentis rejectum esse, demonstratur.
 §. III. Cainum id ægre feren tem ad saniorem mentem revocat Deus. Ubi in oratione divina.
 §. IV. Particula **הָלָא**,
 §. V. **אֵם**,
 §. VI. Verbum **תִּיטִיב** expenditur.
 §. VII. Variæ de voce **שָׁתְּתִיב** sententiae
 §. VIII. **שָׁאַת** elevationem vultus notat.
 §. IX. Quod ulterius deducitur.
 §. X. Verba **תִּיטִיב** considerantur.
 §. XI. Vocabulo **חַטָּאת** non aberrationem à præfixo primogenituræ scopo,
 §. XII. nec poenam peccati,
 §. XIII. nec sacrificium pro peccato;
 §. XIV. sed peccatum ipsum notari, evincitur,
- §. XV. Quæstio deciditur, an **חַטָּאת** in casu recto, utrum in Genitivo stet?
 §. XVI. Convenientia generis in voce **רֹבֶץ**, & **חַטָּאת** adstruitur.
 §. XVII. Phrasis **אֲלֹפְתָּשָׁת** **רֹבֶץ** sub examen vocatur.
 §. XVIII. Suffixa in vocibus **בָּו** & **תְּשֻׁקָּתָו** non ad Abellem, sed ad **חַטָּאת** referuntur.
 §. XIX. **וְאֵלֵיךְ** expenditur.
 §. XX. non **תְּשֻׁקָּה** desiderium; sed *cursus* (*accursus*) redditur. Hæcque significatio
 §. XXI. E radice **שָׁוֹק** & vocabulis cognatis,
 §. XXII. E locis parallelis. Gen. III. 16. & Cant. VII. 11.
 §. XXIII. Et è uersione LXX Interpretum confirmatur.
 §. XXIV. Verba ultima: **וְאַתָּה** **תְּמַשֵּׁל** **בָּו** explicantur.
 §. XXV. Objectio removetur, ubi simul locum hunc Semi-Pelagianis non favere, incidenter observamus.

A 2

Q. D.



הקרמן



Ngenii nostri vires in explicando illustri, quod Gen. IV. 7. legitur, Oraculo, periclitantes, Illida post Homerum scribere multis forte videbimus, cum haud pauci summæ eruditionis & suspendæ diligentiae Viri in hoc studio jam dudum desudarint. Nam ut illos, qui in integrum commentati sunt Genesin, silentio præteream, non absque laude nominari hic merentur B. JOH. TARNOVIUS *Exerc. Bibl.* p. 356. LUD. DE DIEU *Animadvers. in V.T. p.m. 13.* BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS *Lucubrat. Franckenthalensibus C. 1.* B. THEODORICUS HACKSPANIUS *Miscell. L. 1. C. IV. p. 53.* B. CHRIST. NOLDIUS *Concord. part. Ebr. Not. n. 315. p. 823.* B. SEB. SCHMIDIUS *Colleg. Bibl. priori LOC. IX. de Libero Arbitrio dict. 1. p. 238.* B. AUG. PFEIFFERUS *Dub. Vex. p. 37.* B. JOH. SAUBERTUS *Opp. Posth p. 13. & ex Anglis JOH. LIGHTFOOT Observ. in Genesin, quæ reperiuntur T. 1. Opp. p. 154. edit. Roterod.* Verum enim vero, licet labores Virorum horum doctissimorum debitum non sint defraudandi laudibus, spicilegium tamen post messem nobis quoque relictum esse firmissime persvasi sumus. Tanta enim hic datur Interpretum discrepantia, ut quo tuto pedem figere possis, vix invenias. Præterea esto, multos in priori versus hujus hemistichio expli-

